cipien, ad quietationem mortificationemque inscriptionis praesentis praeterquam ad acta praesentia dilationem sibi non recipien, appellationes cum motionibus earumque prosequutiones ab officio nullas facien, poena trium marcarum et triplici poena vadium seu vadia praenotata non evaden. Immo secum successoribus omnibus iuris remedio evasionibus praescriptionibus, suspensionibus, ac aliis omnibus generaliter dilationibus abrenuntian. et nihil sibi promitus in auxilium contra inscriptionem praesentem eiusque defectum recipien suae suorumque successorum sub ammissione totius causae nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Fredro th. Strzemie

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren. praemislien. Generosus Andreas Fredro de Pliszowicze et in Chodnowicze haeres mente et corpore sanus exiens a iure foro suis proprius quibusvis receden. praesenti vero Castren. praemislien. iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quoad actum effectumque inscriptionis praesentis attinet incorporan. et subiicien, publice per expressumque recognovit. Quia nobili Christophoro Strzemie et eius successoribus Centum et decem florenorum poenae monetae et numerae polonicalis certi veri et liquidi debiti sive mutuatae pecuniae tenetur, praesenque obligatur, hinc pro die et festo nativitatis gloriosae virginis Mariae proxime et immediate venturo solvere realiterque circa acta praesentia Castren. praemislien. reponere et relinquere sub vadio similis summae Centum et decem florenorum poenae monetae praedictae in defectu solutionis summae eiusdem principalis pro die et tempore suprascripto ad solvendum succumben. et in unam summam capitalem et essentiale debitum ducentorum et viginti florenorum poenae convertien. Extendetur quoque summa praefata simul iuncta ducentorum et viginti florenorum poenae in et super omnibus bonis ipsius Andreae Fredro haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis. Nihilominus praefatus Andreas Fredro se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrena praemislien. ante decursum unius anni transferre transportare similemque vel si opus fuerit melioram recognitionem facere sub vadio summae principalis Centum et decem florenorum poenae. pro qua quidem summa simul iuncta ducentorum et viginti florenorum poenae sive pro ratio se se ipse Andreas Fredro eidem Christophoro Strzemie et eius successoribus ad officium

praesens Castren. praemislien. citare permiserit vel eius posteri permiserint. Extunc a iure foro suis proprius quibusvis receden. coram eodem officio cuius ad quod sicut citabitur actus praesentis respectu cum successoribus bonisque suis omnibus subiicit, in primo actionis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac proprie fata summa simul iuncta ducentorum et viginti florenorum poenae ab officio non recedens sub alia simili summa tum et vadio satisfacere tenebitur vel eius posteri tenebuntur, omnibus exceptionibus controversiis, praescriptionibus, suspensionibus vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiore, litis et decretis regalibus, legalibus quibusvis impedimentis, expeditione bellicae servitio militari et reipublicae, motionibus appellationibus earumque prosequutionibus, ad quietationem dilationem non petens ac aliis omnibus generaliter dilationibus iuris remediis secum suis successoribus ut abrenuntian. malae actionis et intempestivae eiusdem positionis, non statuitionis mentis, malae in lucro condemnationem, malum processum iuris non obtinen, nec eandem condemnationem lucri processumque iudiciarium ignorantia et erramento corporali, nec poena trium marcarum et triplici poena evaden. Generaliter nihil sibi in auxilium contra inscriptionem praesentem eiusque defectum recipien, suae suorumque successorum sub ammissione totius causae nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Porudenski th. Braczieiowski

Coram officio et actis praesentibus Castren. praemislien. personaliter Generosus Andreas Porudenski dum Generosi Nicolai Porudenski filius mente et corpore sanus exiens a iure foro suis proprius quibusvis receden. praesenti vero iurisdictioni se successores ac bona sua incorporan. publice recognovit. Quia nobili Michaeli Braczieiowski et eius successoribus summa Centum talerorum argenteorum quemlibet talerum per triginta tres grossos polonicales computan. certi veri et liquidi debiti sive mutuatae pecuniae tenetur, praesenque obligatur pro die et festo sacrae pentecosten a proxime venturo in anno solvere realiterque circa acta praesentia Castren. praemislien. reponere et relinquere sub vadio similis summae Centum talerorum argenteorum in defectu solutionis ad solvendum succumben. et in unam summam capitalem et essentiale debitum ducentorum talerorum poenae convertien. Extendetur quoque summa praefata simul iuncta ducentorum talerorum pecuniae, in et super omnibus haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus bonis ipsius Andreae Porudenski per ipsum nunc et in post habitis. Nihilominus praefatus Andreas Porudenski se et suos suc-